



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 41. Prima sententia in Cosciam Cardinalem pronuntiata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

die octava ejusdem Mensis specialem Sæc. XVIII.
 præstituit Congregationem, quæ nunc A.C. 1731.
de causa nota, jam super nonnullis voca-
 batur: Confiterat illa sex Cardinali-
 bus, Ludovico Pico, Renato imperiali,
 Petro Corradino, Leandro Porzia,
 Antonio Banchierio, & Nereo Corsi-
 dio, Viris integerrimis, ac boni &
 æqui studiosissimis. His Pontifex a se-
 cretis esse voluit Dominicum Cæsarem
 Fiorellum Cameræ Apostolicæ Audi-
 torem. Porro speciali decreto hisce
 Cardinalibus plenam dedit potestatem
 & mandatum, ut quoscunque turpis
 questus, injustitiae aliorumque crimi-
 num sub defuncti Pontificis regimine
 perpetratorum reos vel ipsimet depre-
 henderint, vel per accusationes & te-
 stium depositiones coram quolibet tri-
 bunali Sacro vel profano delatos nove-
 rint, in jus vocarent, & pro merito
 culpæ castigarent. Promulgato hoc
 decreto non pauci, quods mens male
 fibi conscientia redarguerat, clam Urbe
 excesserunt, quos inter primus fuisset
 Coscia, nisi fugam excubitorum vigi-
 lantia præpediisset.

§. XLI.

*Prima sententia in Cosciam Cardina-
 lem pronuntiata.*

Habi-

Sæc. XVIII. A.C. 1731. **H**abitis pluribus Patrum conventu-

tam per testes, quam per propria
Coscia literas abunde comprobau-
erat, eundem Cardinalem datis &
ceptis pecuniis contra S. Canones &
Pontificias Constitutiones pro arbitrio
suo de Sacerdotiis disposuisse, plus
que alia sat aperta commisisse criminis
hinc communi omnium suffragio de-
cretum, ut quadraginta aureorum mil-
lia in pios usus, & reparanda lesionis
damna juxta Constitutiones Gregorii
XIII. Alexandri VII. & Innocentii XII.
exsolveret, Archiepiscopatum Bene-
ventanum dimitteret, & demum S. In-
quisitionis Congregatione, cui praecip-
sese abdicaret. Hanc sententiam re-
tam quidem habuit Pontifex, indi-
gentia tamen & provida cautela utre-
dum ratus, quemdam Nobilem Virum
ablegabat, qui Cosciam ad spontaneam
Archiepiscopatus dimissionem inducere
fatageret: Ast Cardinalis ad hoc co-
filium surdus, quod sponte recula-
rat, coacte demum exequi compulsa-
est; die enim vigesima tertia Decem-
bris ad omnes Ecclesiarum portas, ne
bisque compita affixum legebatur de-
cretum hoc tenore: *Cum tam Sanctissi-
mæ, quam omnibus notum sit, te Ca-
dinalem Cosciam Beneventano Archiepiscop-
atui haud amplius cum decore & pundi-
a*

ædificatione præesse posse, proin omnino Sæc.XVIII.
necessarium sit, ut illum absolute & sine A.C. 1731.
omni conditione in manibus Sanctitatis suæ
abdicat, hinc summus Pontifex, auditis
S.Congregationis & Ministrorum suffragiis
præcipit & mandat, ut statim præfatum
Archiepiscopatum dimittas, secus summam
Pontificis indignationem, & Canonicam
depositionem incursum &c. Datum in
Palatio Quirinali die 19. Dec. 1730.

ANTONIUS CARDINALIS
BANCHIERIUS.

Hoc decreto perculsus Coscia, Ad-
vocatum sibi dari petiit, quocum ali-
quamdiu collocutus, libellum suppli-
cem ad Congregationem transmisit,
sibi temporis inducias ad sui defensio-
nem postulans: hoc autem libello a
Patribus repudiato, se suo quidem ab-
dicavit Archiepiscopatu, mox tamen
Romæ scriptum vulgavit, in quo se
hac Ecclesia injuste spoliari querebatur,
eoquod pro illius fabrica octoginta au-
reorum millia expendisset: Verum
hujus effugii nec Romæ nec Beneventi
ulla habebatur ratio, sed potius die
duodecima Maij subrogato in Archi-
episcopum Sinibaldo Doria Beneven-
tani per integrum triduum festivos
accendebat ignes.

§. XLII.